



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

VII. In quo, quod dictum est, aliquibus exemplis confirmatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

iam in illis inueniat. Hanc maledictionem Deus etiam sibi imprecatur, eamque extendit & ad eos, qui se in abundantia effecerunt, qui pueri & paruuli esse detrectant, quibus nimirum contingit, ut, cum antea in oratione, & exercitijs spiritualibus, dulcedinem & saporem inueniant, in iis postea amaritiam experiantur, omniaque illis in ablynthium transeant.

Epist. 3. ad Helio.

Quam ob causam ait D. Hieronymus: Mens Christo dedita, ei que placere gestiens, aque est in maioribus & in minoribus intentata est, sciens, etiam pro otioso serbo ac cogitatione Deo reddendam esse rationem, & optime intelligens, a rebus minoribus paulatim ad maiores descensum & prolapsum fieri; ac simul certa est, sibi, si in modico fidelis est, multa ac magna a Deo collatum iri. Itaque nihil ut exile & modicum reputat, sed omnia plurimi & permagni facit, Et hoc ipsum serio inculcas S. Basil. ait, *Stude ut maiorum virtutum compos efficiare, neque in rebus tuis negligas. Nullum omnino sit & ritum, quod parum pendas: quamuis illud tenuissimum & bestiola minimum sit.* Nullum omnino inuitus est, qui contemptus non cumprime nocere, magnumque nobis inferre damnum queat.

in princip. 2. tom. fol. 4. pag. 2.

CAPVT VII.

In quo, quod dictum est, aliquibus exemplis confirmatur.

4. Reg. 5.

Naaman, diues & potens erat, & Regis Syriæ intimus, utpote militiae eius princeps, verum lepra infectus. Hic audiens, in Samaria Prophetam esse, Eliseum nomine, qui omnigenas curaret infirmitates, ipsos etiam mortuos ad vitam reuocaret; commendatitias a Rege Syriæ ad Regem Israel litteras obtinet, ut hic illum a lepra sua, mox ut venisset, & litteras protulisset curari iuberet. Itaque in Samariam cum magno equorum & curruum apparatu, profectus, ut ad Elisei ostium venit, seruos ad eum nigredi cum mandatis iubet. Sed hic ad Naaman foras non egressus, duntaxat ei renuntiat: *Kade & lauare sepius in Iordane, & recipies sanitatem caro tua, atque munus ab eris.* Hoc re-

4. Reg. 5. 10

Rodriguez, exercit. pars 2.

sponso irritatus Naaman, Putabam, ait, quod egredere tur Prophetam ad me & stans magnis ceremoniis, inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepra & curaret me: Et ecce aliud nihil dicit, quam ut in Iordane lauet. Numquid non meliores sunt Abana & Pharbar flumina Damasci omnibus aquis Israel, ut lauet in eis & mundetur? Abeamus ergo: neque enim propterea huc me tanto labore venire necesse erat. Cum ergo conuersus ab itum pararet, quod putaret id parui momenti esse, & propterea vilipendendum, accesserunt ad eum serui sui, eo haud dubie prudentiores & dicunt, Pater, & si rem grandem dixisset tibi Prophetam, certe facere debueras; quanto magis, quia nunc dixit tibi, *Lauare & mundaberis?* Ergo rationi cedens ad Iordanem abit, & septies in eo se lauat, post lotionem, ecce a lepra mundatur, & restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli. In eo ergo quilli paruuum, contemptibile & exiguum videbatur, eius salus & valetudo consistebat.

Naaman in parua re obediens sanatur a lepra.

Idem etiam in rebus spiritualibus vsu Salus non venit, qui ppe in exilibus & minoris illis rebus, quas regulæ præscribunt, salus non nisi sita est. Sic est profectus & perfectio sita est. Imaginis alicuius perfectionem & venustatem non nisi quibusdam in apiculis, & lineolis tenuissimis consistere certum est. Si ergo tibi ad salutem hanc spirituales, ad profectum & perfectionem hanc consequendam diceremus difficultia & ardua quaedam suscipienda tibi esse, certe facere debueras, & quamuis impederes operam ut bene collocatam & impensam crederes, quanto magis nunc, cum per quendam tam factu facilia eam consecuturum te dicimus? Quocirca quod regulæ circa res tam faciles & paruas versentur id nulla nobis inertiae & negligentiae esse debet occasio, verum, ut magis hinc adeas seruandas animemur, cum rebus tam paruis & facilibus profectum & perfectionem nostram contineri videamus.

Cisterciensibus Monachis olim per Regulam erat præscriptum, ut ad mensam micam panis quisque colligeret, easque vel

Lib. de Cisterciensibus illustribus ord.

Monachus ob micam post mensam manu sententiam pessi.

vel comederet, vel in lancem congregaret, Factum est autē uti, cum de illis Monachis non nemo Deum timens, & Regularum obseruās micam iam manu collegisset, à lectione mensali cui attendebat, absorptus suā eas manu teneret. Intasim Prior lectionis finiendā, & jam mensa surgendi signum datum Monachus ille ad se reflectens, perplexus hæsīt, q̄ micarum absumendarum, vel in lancem mittendarum iam non esset locus; vnde ob negligentiam, quam in illius regulæ obseruantia ostenderat, cōfusus, altitudinis refarciendæ remediū sibi nō putauit esse, quam ut culpā suam cōfessus superiorem adiret, & poenitentiam quandā propter eā peteret. Micam ergo pugno clauso tenens dicitis à mensa gratis, superiorem adit, & ad pedes eius prostratus, culpam quā ad miserat p̄fiteretur, magnaq; animi demissione poenam sibi pro ea aliquam petiti iniungi. Prior pro ratione & mensura culpæ, eum corripit, rogans quid de micis factum esset? Eo, manu, inquit, eas, Pater contineo, Eas inquit, prior, mihi exhiberetum alter extendit brachium pugnumque aperit; sed ecce loco micarū gemmas pretiosissimas exhibet. Notat autem eo loco auctor hoc dominum miraculo monstrare voluisse, quanto opere sibi seruētes Religiosi, quique non primarias solum, sed & leues & minutas Regulas quam exactissime custodiunt, placeant.

M. capanis in gemmas conuertitur in manibus religiosi.

Fructus obseruationis in manibus regularum.

Idem exemplum & Surius in vita S. Odonis Abbatis refert, ipsumq; eī, cum adhuc subditus esset, in Nouembri scribit contigisse, etsi id ipse, qua erat humilitate narraret ac si alteri euidam Religioso euenisset.

Calarius lib. 6. Dial. 6. 15.

Tempore Frederici Imperatoris, cum vna ex Abbatibus Imperialibus quibus de p̄posito prospicere ad Imperatoris oratione lu is Patronatus spectabat, vacaret, duoque ad eam Monachi denominati essent, & vter alteri p̄ferendus videretur incertum foret, alter eorum magnam auri vim Imperatori, quā in Monasterio coaceruarat, obrulit, quatenus

sibi suffragium ferret. Accepit aurum Imperator, seque pro eo statutum recepit. At postea comperto, illius competitorum virum bonum, simplicem virtutibus conspicuum, Regularumq; suarum obseruantissimum esse, cum suis cōsilio in eo, qualiter indignū illum amoueret, & ob virtutes suas electum confirmaret, a quodam suorum auduit: Domine, audui Monachis illis regulam esse, vte acus sartorias portent: Micistas ergo vestra, vbi in Capitulo Monachali erit, ab illo dissoluto & irregularium acutum petas, quasi digitos suos mundare velit; quam si ille ad manum non habuerit, inueniens causam cur eum, ad posituram nō admoucas, q̄ regulam non seruat. Quod cum factum esset, & ille acutum non haberet, ac competitori suo, Acutum, quæso tuā Pater mihi mutuā da, quam hic ilico produxit & ei dedit: Tum Imperator: Næ tu bonus es Monachus, Pater, ac proinde tanto honore dignus equidē decreueram collegam tuū denominare, sed ille se indignum reddidit, cū regulas non seruet. Apparet enim qui parua negligit & non curat, eum etiam magnam neglecturam. Hacq; occasione isthoc ab regimine amoto id in alium illum regulæ suæ obseruatorem corulit.

Monachum ministrum regularem non obseruatur ad prelatum.

Matrona quædam Nobilis cum mudo nuntiu remittere, & habitū Religionis assumere veller in Monasterio, cui ut Vicarius p̄erat Monachus quidam Florinus nomine; ipso reclusionis suæ die lautum notis & amicis suis conuiuium parauit, ad quod etiam dictum Vicarium inuitauit, scoulatibus quidem carnes, Florino vero pisces, nam ex Regula p̄scripto, & quod Abbas ita iusserat, apponebantur, carnem gustare non poterat. Is ergo carnē videns in eā capite oculis ferri, eamq; appetere: quare manu in scutellā vicinā missa, carnis assæ frustū arripuit, & cum iucunditate quadam oringessit. Sed iusto Dei iudicio, buccella illa ita gutturi trāuersim inhaesit, vt nec inferne trajcere, nec superne eicere possit. Cū prope suffocaretur & oculis inuersis

Calarius lib. 4. c. 19.

Carnem contraxit quia comedens depresse non potest.

his iam iam esset expiraturus, alius Religiosus, eius socius, pugnum tam validum cervici Florini impexit, ut carnea buccella foras exiiret. Cognoverunt autem omnes, id in eius irobedientia poenam & castigationem contigisse.

1. p. l. 1. c. 60
Historia or
din. D. Do-
minici Fer-
nando ca-
stillo au-
ditore.

Cum S. Dominicus Bononia habitaret, ecce subito de nocte demon fratrem quendam laicū tam crudeliter vexare & contundere fustibus cepit, ut ad verborum insultorum, strepitum & fragorem reliqui fratres excitarentur: qui eum ex mandato S. Patriarchæ Dominici ad templum detulere: verū adeo gravis fuit, ut vix fratres decem eum ferre possent. lanuam ingressis, omnes statim lampades extinctæ sunt, nihil profus ut viderent, Dæmone interea miserum Laicū diris modis torquente, tum Dominicus eum in virtute D. N. Iesu Christi dicere iubet, cur fratrem hunc cruciaret, & cur in ipsum ingressus esset? Respondit Dæmon, quia vespera superiore, sine venia & non præmissa benedictione bibit, in quo instituti sui morem & Regulas est transgressus. Hæc dum sunt, pulsatur ad Matutinū & ait Dæmon, diutius hic me commorari nefas est, quia iam cucullati ad Deum laudandum surgunt. Et his dictis abiit frater seminece relicto & tam contuso & elumbato, ut toto die proximo in pedes consistere, seque locum movere non posset.

Sine Venia
bibere à dæ-
mone obsi-
ditur.

Lib. 1. dial.
cap. 4.

Simile huic exemplū refert S. Gregorius in Dialogis, de Moniali quadam, in quam cum Lactucam non præmissa benedictione comedit, malignus spiritus ingressus est.

CAPVT VIII.

De aliis quibusdam rebus, quare regularum infringendarum esse solent causa: & quod aduersus illas adhibendum remedium.

Regularum violatio interdū à nescio quo pudore pusillanimitatis sui retinencia, vel (quod potius dicendū) nimia im-

mortificatione oriri solet, quod mirū alicuius in petenda à superiore licentia faciendi id, quod sine illa face eum nefas est, difficultatem sentiat. Vnde necesse erit illam difficultatem sic complanare, non dico, ut plane non bibas nō comedas, non loquaris, non fumas & accipias, quod alius tibi dare vult, sed ut omnia illa cum superioris facultate facias. Quod enim cum Dei ac superiorū benedictione facere potes, cur id sine illa exequi cupis? At dices anne toties & ad singulas regulas, superior mihi est adendus? forsitan est is occupatus & ægre id ferret. Hæc est impostura & error, contra quem in præsens scribo. Adeo superiores propterea non stomachantur, ut nulla è re maiorem consolationem sentiant, magisue edificentur. Hoc namque eorum officium est. Tantique religio facit, quod valde sis in obediendo exactus, nihilque penitus sine licentia facias (quo hac ratione magis proficias, & meritum tuū amplius) ut nō minus esse nō credat quod aliquis domi sit superior, & post eum alius quis, cuius partes sint, tibi ad quæcunq; tibi opus erunt licentiam dare. Ergo cum id suum officiū esse, & ad hoc se huic applicari norint, certum est, illos minime stomachaturos, gauisuros potius quod ad ipsos recurras. Non secus ac Mercatores & opifices ægre ferre non solent, quod aliqua opificiorum & operum suorum exercendorum sibi detur occasio, imo eo gaudent magis, quo opificium suum exerceant sæpius, & plures ad ipsos ementes confluunt: Sic & boni superiores facere solent. Vnde si tu contrarium de aliquo eorum cogites, tantundem haud dubie facis, ac si eum ut bonum superiorem non haberes.

Ad hæc quomodo obsecro ægre ferat superior, quod ad ipsum recurras, licentiam ab eo petiturus faciendi eius quod de ea non habita facere non posse nouit? Si impertinentia & superflua quædam rogaturus eum adires, vereri forte posses, ne stomacharetur, sed cum petas id quod in Regula signa-

dd 2 ter